

Docto. in d. l. j. de iur. & iur. & per l. in l. ad egrē-  
 gas. ff. de iureiur. tex. in cano. j. 2. §. q. glo. in l. ver-  
 bum oportere. ff. de verbor. signi. & in effectu ista  
 tria verba oportet, debet, & necesse est, & equiva-  
 rantur vt tradit Seifel. in d. l. j. in princ. de iust. &  
 iur. quia singula pariformiter necessitatem impor-  
 tant, igitur non debet videri mirū si gerundium  
 in dū, importat necessitatē, quod in duobus casu-  
 bus verificatur, scilicet in accusatiuo, & in nomi-  
 natiuo, quia etiam nominatiuum gerundium ha-  
 bet, & dum ponitur in accusatiuo, vt importet  
 necessitatem, opus est quod ponatur sine præpo-  
 sitione, sed bene cum verbo substantiuo sum, in  
 infinito, vt declarat d. præceptor meus, in aliis ca-  
 sibus non puto importare necessitatem aliquam,  
 adeo quod ex his patet hæc ratio falsa. \* Gomefi.  
 † igitur melius est dicere, quod nulla sit differen-  
 tia an per nomen vel per gerundium rubr. ponat-  
 ur, quia idem est, adeo quod hoc est ad beneplaci-  
 tum compilatorum, vt est videre in rub. C. de sa-  
 tisfact. in hoc lib. est rū, per nomen scilicet de fa-  
 rificatione, item in ff. de contrahen. empti. in hoc  
 lib. de emptio. & vendi. \* Beni. & ita voluit Petr.  
 de Belapet. Cur. Senior & Iuni. in rub. C. de eden.  
 \* Ioan. de Pla. † vt ergo perfectam notitiam ger-  
 undij habeamus: est sciendum quod gerundium  
 habet tres casus, scilicet genitiuum, accusatiuum, &  
 ablatiuum secundum Priscianum: & quilibet  
 casus operatur suum ministerium. \* Ang. ita pu-  
 to. \* Ias. ad idem. \* Ben. non est mirum si nostri  
 interpretes nullam faciunt mentionem de nomi-  
 natiuo, quia multi grammatici dixerunt carere casu  
 recto, id est, nominatiuo, vt fuit Sponcius, Var-  
 rinius, Catalicus, Aldus Marurius, Vitruuius, Ru-  
 beus, Barr. in signis poeta institutio. grammatice-  
 libus, & pulchre ponit Laurentius valla hanc ma-  
 teriam lib. j. cap. 29. sub rub. de gerundijs, tamen  
 hoc puto erroneū quia etiam est dare casum no-  
 minatiuum in gerundio, vt ex nostris voluit Ale-  
 in rū. C. de eden. & grammaticus clarissimus præ-  
 ceptor meus Christo. Sax. Ambrosius Cale. in ab-  
 cedario suo, in verbo gerundium, in d. dico, quod  
 licet Fely. Soci. in locis de quibus supra, non di-  
 cat expresse gerundium habere nominatiuum,  
 tamen tacite videntur consentire, ex eo quod ipsi  
 putant quod compellendus, sit gerundium, certe  
 iste est casus nominatiui & de isto gerundio no-  
 minatiuo, plura exempla citant, vt illud xj. Ænei.  
 pacem à rege petendum est, timendum est penas  
 in morte, cum similibus, tamē sunt aliqui qui vo-  
 lunt istud gerundium esse in casu accusatiuo te-  
 ste Valla, & Vitruuio, ac nonnullis alijs, quod re-  
 probat Valla. aliqui dicunt in tali casu non esse  
 gerundium, sed potius participium futuri in dus.  
 sed respon. præfati grammatici, in tit. de differen-  
 tijs gerundij & participij, † quod participium il-  
 lud respicit tempus futurum, secus in gerundio,  
 item participia resoluntur per relativa, vt om-  
 nes grammatici dicunt: gerundia vero non, sed  
 alio modo, & ita voluit glo. in clement. prima de  
 præben. Imol. in l. j. in ff. de condit. & demonst.  
 item copulantur cum nomine substantiuo, vel  
 pronomine, adiectiuo, quod nõ euenit in gerun-  
 dio. † Veniamus nunc ad secundum casum, scilicet  
 genitiuum. \* Ioan. de Pla. & tunc, tale gerun-  
 dium denotat causam finalem, si adiungitur hoc  
 verbū animo vel causa, vt pone Titius causa oc-  
 cidendi petcausit sciam, ecce igitur, quod deno-

rat causam finalem, propter quam Titius petcau-  
 sit, vt per Bar. in extraragan. ad reprimen. cum si-  
 mil. quo casu ponitur ac si occidisset. l. j. ff. de lica-  
 ri. \* Ang. ad idem concurro, per l. i. qui cum telo.  
 C. ad l. Cor. de lica. \* Ias. & ego per hunc tex. qui  
 est canonizatus in cano. j. de peni. dist. & j. \* Be-  
 cano. qui quis. §. de pen. dist. j. sed quomodo po-  
 terit cognosci, quod animo occidendi tale faci-  
 nus fuerit perpetratum, & dicas ex qualitate ar-  
 morum, quia fuit cū hasta, aut cum ense, aut cum  
 ligno, aut in capite, aut in corde, aut in spatulis,  
 aut in brachijs, & sic in loco in quo mors de fa-  
 cili esset secutura, aut non, vt per Bar. in l. j. §. di-  
 uus. ff. ad l. Cor. de Sica. Aret. in §. item lex Cor-  
 no. infra de pub. iud. cap. significasti il. ij. in d. glo.  
 extra de homic. Aret. in tract. male. in vetū. scien-  
 ter. & dolose. Ioan. Ville. in l. diuus no. 44. ff. ad l.  
 Cor. de lica. Fely. in d. cap. significasti, Marfi. in l. j.  
 col. j. eodem tit. Saly. in l. j. C. de emen. ser. latē A-  
 lexan. consil. 140. lib. ij. & Deci. consil. 9. Fely. in l. j.  
 col. j. de presumpcio. in vj. fallen. Deci. in l. si  
 fugiu. C. de ser. fugi. † quoniam tria sunt gene-  
 ra homicidij, vt est text. in canon. periculofo, & in  
 cano. homicidij, de pen. dist. in. j. \* Ias. tamen  
 Bal. not. dixit. Bart. dicere, in d. l. si is qui cum te-  
 lo. hoc non habere locum in statutis, quæ si dicat  
 si quis occiderit capite puniatur, non vendicant  
 locum in eo qui animo occidendi percussisset a-  
 liquem & non occiderit vt innumerabiles licet  
 docto. videre, qui hanc sententiam fuerunt secu-  
 ti. \* Benin. nam statuta sunt stricti iuris, & strictē  
 intelligenda, l. ij. §. hæc verba. ff. de negot. gest. &  
 maxime in penalis, vt l. interpretatio. ff. de  
 pen. \* Ioan. de Plat. Veniamus ad accusatiuum,  
 \* Ben. † præcedit casus datiuus, qui in gerundio  
 habet suam partem, vt tradit d. præceptor gram-  
 ma. & dat exemplū sum tibi soluendo, quod ger-  
 undium in casu datiuo, licet reperire apud no-  
 stros tex. vt in §. j. & §. seq. supra quib. ex cau. ma-  
 nu. non licet, † Veniamus nūc ad accusatiuum, \* Io-  
 de plat. & gerundium in tali casu, licet inspicere,  
 in l. j. ff. de tute. vbi dicitur tutela est vis ac pote-  
 stas ad tuendum. \* Ang. & tunc quoque significat  
 causam si. vt d. l. j. ff. de tute. l. j. §. ff. de dol. \* Ias.  
 ad idem. \* Ben. idem dixit Bald. in l. id quod pau-  
 peribus C. de episcop. & cleric. Nico. in rub. C.  
 de eden. in si. quæ puto esse vera, cum gerundium  
 ponitur cum præpositione ad, secus quando sine  
 aliqua præpositione, vel sine ista, \* Ioan. vltimus  
 casus est † gerundij ablatiuus qui si iungatur ver-  
 bo futuri temporis, denotat conditionem, vt ad-  
 eundo ex substitutione erit hæres id est, si adhibet  
 ex substitutione, erit hæres. l. si tu ex patre. ff. de  
 acqui. hæredi. sed si adiciatur tale gerundium, ver-  
 bo præsentis, vel præteriti temporis, tunc stat qua-  
 lificatiuē, & modificatiuē, & sic per se non dispo-  
 nit, sed qualifica. verbum cui adiungitur, velori,  
 turbasti me in possessione mea, arando, vel sic, in-  
 cidendo arbores. l. vim facit. ff. de vi & vi arma.  
 cum simi. & hæc sunt vera si importata per gerun-  
 dium comprehendantur sub natura verbi cui ad-  
 dicitur, alijs gerundijs per se disponeret, veluti si  
 testator instituat filios, alterum alteri substituendo,  
 nam cum ponatur inter personas, quas testa-  
 tor grauare, potest vt not. in l. in ratione. §. rati  
 ff. ad l. falc. inducit dispositionē, id est substitui-  
 tionem vulgarē. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup.  
 \* Ang. possunt hæc esse. \* Iaso. idem tenet, quod  
 multi